

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Lex XI. ad Apostolo eodem commendata Hebt. 13. v. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

¶ morum gravitate distingui oportet. Et quomodo Angelus quispiam aut Sandus ē cœlo ad nos redux comedederet, ita & tibi. ¶ Sacerdos! comedendum, qui sanctus & Angelus Domini exercitum es Malach.

2. v. 7:

Lex XI. ab Apostolo eodem com-  
mendata Hebr. 13. v. 2.

**H**ospitalitatem nolite obliuisci. Hanc Christus Dominus noster Luca 14. explicat: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites ne forte te & ipsi reinvitant. & si tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, clandos & cœcos; & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuet enim tibi in resurrectione Iu- storum. Nam ut S. Ambrosius docet: esse hospitalem erga eos, qui remunerari pos- sunt, est signum avaritiae; sed erga egenos: esse liberalem, est actus charitatis. Quam multi dictam legem negligunt! tu saltem aliquid è cibo meliore pauperi aut infirmo: submitte. Si non pavisti, occidisti, in- quic idem Sanctus Ambrosius. S. Grego-

rilla.

nius M. indies duodecim pauperes mensa  
adhibebat. S. Ludovicus Gallie Rex 120.  
S. Hedvigis & S. Elisabeth 900. S Bern-  
ward. Episc. Hildes. 100. Vide ut uell  
in uno saltem Christum pascas.

## Lex XIII. à Davidé proposita.

Psalm. 67. v. 4.

Iusti epulentur & exultent in conspectu  
Dei. Inter epulandum Deum praesentem,  
tespectantem, observantem verba, gestus,  
bolos; & haustus omnes numerantem ob o-  
culos pone. & non facile excessum commit-  
tes. In facie prandeatur Authoris, monet  
S. Chrysostomus. Atq[ue] hoc est medium effi-  
cax ad leges predictas ad amissim servan-  
das. Hujus vero Dei praesentiae refricabili  
memoriam sacra lectio, vel scripture di-  
vina, vel alterius pii Authoris; ut dum  
corpus pascitur una & mens reficiatur.  
Dum comedes, non totus comedas, docet S.  
Bernardus, sed attendas lectioni: non e-  
nim est rationi consonum famulam, id  
est corpus, delicate pasci, & Domini-  
nam (Animam) esurire. Ideoq[ue] Sanctus  
Hugo semper aliquid super mensam legi

V. 6 curabat,